UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Syntaxis Historiæ Evangelicæ

**Cope, Alan**

**Lovanii, M.D.LXXII.**

63. Septem panibus & paucis pisciculis quatuor millia virorum præter mulieres & paruulos satura[n]tur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

**CAP. 62.** *Multi languidi & male affecti curantur, inter quos surdus & mutus. Matth. 15.* * 61. Marc. 6.* * 61.*

| S. Matthæus. | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohannes. |
|---|---|---|---|
| ET cùm transisset inde Iesus, venit secus Mare Galilææ, & ascendens in mõtem, sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbę multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos: ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabant Deum Israel. * 63. | ET iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sydoné ad Mare Galilęę inter medios fines Decapoleos. Et adducũt ei surdũ & mutũ: & deprecabátur eũ vt imponat illi manũ. Et apprehẽdẽs eũ de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius & expuẽs, tetigit linguá eius. & suspiciẽs in cęlũ, ingemuit, & ait illi, Ephphetha, qđ est, adaperire. Et statĩ apertę sunt aures eius, & solutũ est vinculũ linguę eius, & loquebatur rectè. Et præcepit illis ne cui dicerẽt. Quãtò aũt eis pręcipiebat, tantò magis plus prędicabát, & eò ampliꝰ admirabátur, dicentes, Bene oĩa fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui. * 63. | | |

**CAP. 63.** *Septem panibus & paucis pisciculis quatuor millia virorum præter mulieres & paruulos saturantur. Matth. 15.* * 62. Mar. 8.* * 62.*

| S. Matthæus. | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohannes. |
|---|---|---|---|
| IEsus autem conuocatis discipulis suis, dixit Misereor turbæ: quia triduo iam perseuerãt mecũ, & nõ habẽt qđ mãducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiãt | IN diebꝰ illis iterũ cũ turba multa esset, nec haberẽt qđ mãducarẽt: cõuocatis discipulis, ait illis, Misereor sup turbã: quia ecce iã triduo sustinẽt me nec habẽt qđ mãducẽt: & | | |

| S. Matthæus | S. Marcus. | S. Lucas | S. Iohannes. |
|---|---|---|---|
| in via. Et dicunt ei discipuli, vnde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantã? Et ait illis Iesus, Quot habetis panes? At illi dixerunt, Septem, & paucos pisciculos. Et pręcepit turbæ, vt discumberent super terrã. Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt, septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerũt, quatuor millia hominũ extra paruulos & mulieres. Et dimissa turba, ascendit in nauiculam: & venit in fines Magedan. * 64. | si dimisero eos ieiunos in domũ suã, deficiẽt in via: quidã eñi ex eis delongè venerũt. Et respõderũt ei discipuli sui, Vnde illos quis poterit hîc saturare panibꝰ in solitudine? Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerũt Septẽ. Et pręcepit turbæ discũbere sup terrã. Et accipiẽs septẽ panes, gratias agẽs fregit, & dabat discipulis suis vt apponerẽt, & apposuerũt turbæ. Et habebãt pisciculos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et mãducauerũt, & saturati sunt: & sustulerũt qđ superauerat de fragmẽtis, septẽ sportas. Erãt aũt ꝗ mãducauerãt, quasi quatuor millia: & dimisit eos. Et statĩ ascendẽs nauĩ cũ discipulis suis, venit ĩ partes Dalmanutha. * 64. | | |

CAP. 64. *Pharisæos signum sibi è cælo ostendi poscentes Christus arguit: & discipulos monet, vt caueant sibi à fermẽto Pharisæorum. Matth. 16. * 63. Mar. 6. * 63.*

| S. Matthæus. | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohannes. |
|---|---|---|---|
| ET accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentãtes: & rogauerunt eum vt signum de cælo ostenderet eis. At ille respondens, ait illis, Facto vespe re | ET exierunt Pharisæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo signum de cælo, tentantes eum. Et ingemiscens spiritu, ait, Quid generatio ista signũ quærit? | | |